

De secundo bello Persico et Pythiae responso

Summarium

Apollinis responso et Themistoclis consilio, cum Xerxes omnem Graeciam Thermopylis expugnatis vastavisset, Athenienses urbem reliquerunt et Athenae occupatae a Persis sunt.

Cum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret Europae cum tantis eam copiis invasit, quantas neque ante nec postea habuit quisquam: huius enim classis mille et ducentarum navium longarum fuit, quam duo milia onerariarum sequebantur, terrestris autem exercitus DCC peditum, equitum quadringenta milia fuerunt. Cuius
5 de adventu cum fama in Graeciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent.

10 Id responsum quo valeret cum intellexeret nemo, Themistocles persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent: eum enim a deo significari murum ligneum. Tali consilio probato addunt ad superiores totidem naves triremes suaque omnia, quae moveri poterant, partim Salamina, partim Troezena deportant; arcem sacerdotibus paucisque maioribus natu ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

15 Huius consilium plerisque civitatibus displicebat et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt eoque loco omnes interierunt.

20 At classis communis Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant Atheniensium, primum apud Artemisium inter Euboeam continentemque terram cum classariis regiis confligit. Angustias enim Themistocles quaerebat, ne multitudine circumiretur. Hic etsi pari proelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quod erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Euboeam

superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab Artemisio
25 discederent et exadversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent.
At Xerxes Thermopylis expugnatis protinus accessit astu idque nullis defendentibus,
interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit.

Lexicon:

Navis longa = navis bellica

Oneraria, ae f. = navis quae res vehit

Classiarii, orum = nautae, arum

Exadversum + acc. = adversum, contra, ad + acc.

Protinus = statim

1) *Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto le parole scegliendole tra le 20 sotto indicate (4 non c'entrano) (1x16= 16 punti):*

Nemini umquam fuit exercitus tam magnus quam Xerxi Persarum regi fuit, cum statuit Europam _____ esse. Quia per totam Graeciam barbari adventuri esse _____ et Athenas maxime petituri (esse) propter Marathoniam cladem, Athenienses Delphos _____ miserunt ut Pythiam consulerent, quia Xerxes totam Graeciam invaserat terra marique _____ exercitu. Tunc eos moenibus ligneis se tuituros esse Apollo cecinit sed nemo intellegere poterat _____ id responsum significaret. Themistocles unus naves murum ligneum _____ Atheniensibus dixit et, postquam omnibus persuasit, eis imperavit _____ omnes cives conscenderent cum omnibus suis rebus atque Salamina Troezenaque _____. Sacerdotes maioresque natu tantum in arce manserunt. _____ pauci alii, qui pugnare malebant, cum Leonida, Lacedaemoniorum _____, Thermopylas contenderunt ut angustias defenderent, sed Persae magna vi eos cunctos _____.

Cum trecentae Graecarum naves, _____ Atheniensibus ducentae erant, apud Artemisium contra Persas pugnarent, ubi angustiae illis favebant, Themistocles _____ ne hostes, Euboeam superantes, eos circumdarent; sic ad Salamina classes duxit quo melius _____.

Dum Atheniensium triremes _____, Persarum copiae, cum Thermopylae expugnatae essent, Athenas pervenerunt et custodes omnes necaverunt: _____ ferro ignique deleta est.

1. quid

2. irent
3. mactaverunt
4. ingenti
5. esse
6. ut
7. vastandam
8. urbs
9. pugnaret
10. legatos
11. quod
12. civibus
13. quarum
14. rege
15. timuit
16. dicebantur
17. ne
18. conflagunt
19. classis
20. interim

2) *Scegli il riassunto più adatto al brano che hai letto (1x1=1 punti):*

- Dopo la battaglia di Maratona, Serse dispose una nuova armata contro la Grecia e, in particolare, contro gli Ateniesi che decisero di consultare l'oracolo di Delfi. La Pizia rispose di difendersi con mura di legno: tutti compresero subito che si riferiva alle loro triremi, così la città fu evacuata e furono lasciati in difesa della rocca solo i sacerdoti, mentre un piccolo contingente seguì Leonida alle Termopili, dove furono annientati. Nel frattempo, la flotta greca si scontrò contro i Persiani a capo Artemisio e poi, temendo di essere accerchiata, si diresse verso l'isola di Salamina. Serse giunse fino ad Atene e la mise a ferro e fuoco.
- Dopo la battaglia di Maratona, Serse dispose una nuova armata contro la Grecia e, in particolare, contro gli Ateniesi che decisero di consultare l'oracolo di Delfi. La Pizia rispose di difendersi con mura di legno, ma nessuno ne comprese il significato. Solo Temistocle capì che si riferiva alle loro triremi, così evacuò la città lasciando in difesa della rocca i sacerdoti e pochi anziani, mentre un piccolo contingente seguì Leonida alle Termopili, dove furono annientati. Nel frattempo, la flotta greca si scontrò contro i Persiani a capo Artemisio, ma poi, temendo le angustie del luogo, Temistocle fece rotta verso l'isola di Salamina. Serse giunse fino ad Atene e la mise a ferro e fuoco.

- Serse dispose una nuova armata contro gli Ateniesi per punirli della sconfitta subita a Maratona. Essi decisero così di consultare l'oracolo di Delfi e la Pizia rispose di difendersi con mura di legno, ma nessuno ne comprese il significato. Solo Temistocle capì che si riferiva alle loro triremi, così evacuò la città lasciando in difesa della rocca i sacerdoti e pochi anziani, mentre un piccolo contingente seguì Leonida alle Termopili, dove furono annientati. Nel frattempo, la flotta ateniese si scontrò contro i Persiani a capo Artemisio e poi, temendo di essere accerchiata, si diresse verso l'isola di Salamina. Serse giunse fino ad Atene e la mise a ferro e fuoco.
- Dopo la battaglia di Maratona, Serse dispose una nuova armata contro la Grecia e, in particolare, contro gli Ateniesi che decisero di consultare l'oracolo di Delfi. La Pizia rispose di difendersi come potevano, ma nessuno ne comprese il significato. Solo Temistocle capì che si riferiva alle loro triremi, così evacuò la città lasciando in difesa della rocca pochi anziani, mentre un piccolo contingente seguì Leonida alle Termopili, dove furono annientati. Nel frattempo, la flotta greca si scontrò contro i Persiani a capo Artemisio e poi, temendo di essere accerchiata, si diresse verso l'isola di Salamina. Serse giunse fino ad Atene, uccise i pochi custodi e la incendiò.

3) *Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta: vero o falso (0,5x10=5 punti)*

1. Xerxes tantas copias habuit quantas Graeci habebant.	V	F
2. In Xerxis exercitu pares erant equites peditesque.	V	F
3. Omnia ab Atheniensibus deportata sunt partim Salamina partim Troezena.	V	F
4. Omnes Athenienses Themistoclis consilio laeti fuerunt.	V	F
5. Arx a sacerdotibus tantum custodita est.	V	F
6. Omnes milites Athenienses ad Thermopylas cum Leonida missi sunt.	V	F
7. In Graeciae classe communi ducentae naves Atheniensium erant.	V	F
8. Atheniensium classis primum apud Artemisium pugnavit.	V	F
9. Themistocles angustias optabat, timens ne ab hostibus circumdaretur.	V	F
10. Graecorum classis a Xerxis navibus apud Salamina repulsa est.	V	F

4) *Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (1x10=10 punti)*

1. r.2 **quisquam** è:
 - un aggettivo relativo
 - un pronome relativo
 - un pronome indefinito
 - un pronome relativo-indefinito
2. r.4 **DCC** corrisponde a:
 - 1200

- 70
- 700
- 520

3. r.7 **deliberantibus** è:

- aggettivo sostantivato
- participio sostantivato
- participio attributivo
- sostantivo della III declinazione

4. r.9 **quo** è:

- pron. interrogativo
- congiunzione finale
- avverbio interrogativo
- pron. relativo

5. r.12 **poterant** è:

- ind. Perfetto da *possum*
- ind. Piuccheperfetto da *possum*
- ind. Imperfetto da *possum*
- ind. Presente da *potero*

6. r.12 **Salamina** è

- Nominativo plurale neutro
- Nominativo singolare femminile
- Ablativo singolare femminile
- Accusativo singolare femminile

7. r.13 **procuranda** è:

- gerundivo neutro singolare
- perifrastica passiva
- gerundio
- gerundivo attributivo

8. r.22 **sunt ausi** paradigma:

- audeor, eris, ausus sum, ēri
- audeo, es, ausi, ausum, ēre
- audio, is, ausi, ausum, ěre
- audeo, es, ausus sum, ēre

9. r.23 **quod** è

- aggettivo relativo
- pronome relativo
- congiunzione causale
- congiunzione dichiarativa

10. r.24-25 **ut ab Artemisio discenderent** è:

- sub. completa
- sub. finale
- sub. consecutiva
- sub. concessiva

5) *Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (2x4= 8 punti)*

a. r.1 Cum Xerxes ... bellum... inferret

Dum _____

b. r.6 miserunt Delphos consultum

miserunt Delphos homines qui _____

c. r.11 Tali consilio probato

cum _____

d. r.16-17 qui Thermopylas occuparent

ad _____

(l'esame per la certificazione A1 termina qui; i candidati al livello A2 proseguono nelle pagine seguenti)

Certificazione Linguistica Competenze Lingua Latina – anno 2019

PROVA A2

Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato, nel seguente brano tratto dal prosieguo di quello analizzato. (16 punti)

Cuius flamma perterriti classarii, cum manere non auderent et plurimi hortarentur, ut domos suas discederent moenibusque se _____, Themistocles unus restitit et universos pares esse posse aiebat, dispersos testabatur perituros idque Eurybiadi, _____ Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat. Quem cum minus, quam vellet, moveret, noctu de servis suis, quem _____ fidelissimum, ad regem misit, ut ei _____ suis verbis adversarios eius in fuga esse: qui si discessissent, maiore cum _____ et longinquo tempore bellum confecturum, cum singulos consectari cogeretur; quos si statim aggrederetur, brevi _____ oppressurum. Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re _____ barbarus, nihil doli subesse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo _____ mari confligit, ut eius multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis etiam consilio Themistocli _____ armis Graeciae. Hic etsi male rem gesserat, tamen _____ habebat reliquias copiarum, ut etiam tum his opprimere _____ hostes. Iterum ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, _____ bellare perseveraret, certiozem eum fecit id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur ac reditu in Asiam excluderetur, idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter fecerat, _____ minus diebus XXX in Asiam reversus est seque _____ Themistocle non superatum, sed conservatum iudicavit.

Sic unius viri prudentia Graecia _____ Europaeque succubuit Asia. Haec (fuit) altera victoria, _____ cum Marathonio possit comparari tropaeo.

1. A, ab
2. Angustus, a, um
3. Audio, is, audivi, auditum, ire
4. Defendo, is, fendi, fensum, ěre
5. Eādem
6. Habeo, es, habui, habitum, ere
7. Labor, -oris
8. Libero, as, avi, atum, are
9. Ne
10. Nuntio, as, avi, atum, are
11. Possum, potes, potui, posse
12. Quam
13. Qui, quae, quod
14. Rex, regis
15. Tantus, a, um
16. Universus, a, um